P. Valentin Stanzel e Brasilia

R.de Pater Athanasi

P. C.

Ex quo in Brasiliam ueni nullam tuam Epistolam
uidi, Pater Reverendissime, duas nisi me fallo ad te dedi.
Verum nec id mirum. Tot marium intercapedo, orbe
enim [illegible] coelo diuidimur, omne prope aufert
literarum commercium. Sed ego tamen semper tui
memor uiuo, et humanitatis, etiam inter barbaros
omni pene humanitate exutos. Hactenus deo gra-
tes, satis sanus uiuo, nisi quod subinde catarrus
molestauit, cui clima hoc satis est obnoxium. Ego
enim semel itemque in interiora Brasiliae, siquid forte
prodesse possem istis barbaris. Sed litus aratur, feris enim
quam hominibus sunt similiores, nequidquam de fide
Euangelica recipiunt, eademque facilitate qua fonte
baptismalem susceperunt, fidem deserunt, et ad deserta
siluasque se recipiunt, incertis enim brutorum more se-
dibus uagantur, omnis opera in iis perditur, hinc iam
Patres Brasiliae eos negligunt, eos solum paucos
incolunt, qui ab antiquo collecti, in pagis uicinis
degunt, sub nostrorum cura et iurisdictione. Ego
iam triennium in Bahia, uulgo de todolos Santos uersor
in primario Collegio, Theologiam Speculatiuam et
moralem praelegens nostris et pauculis externis qui
frequentant. Res fidei hic ualde languet, neque
[illegible] mestis. Crevimus lingua Lusitana saepius,
[illegible] quod sufficientem eius notitiam sim
[illegible] assecutus. Ne nihil egisse uiderer, mea
[illegible] Mathematica subinde recolo; scripsi de duobus
Cometis Anni 1664 et 1665. Fortasse labor non
erit ingratus Europaeis Mathematicis, et tibi,
qui res peregrinas [illegible] habere. Mitto
opusculum ad te [illegible] futurum, apud te
[illegible] illud typis mandare

+

ne labor qualiscunque meus in occulto maneat. Et auerem alicui ex proceribus meæ Provinciæ cum dedicari, Maxime autem arridet Comes Maximilianus Valentinus de Martiniz, qui fuit meus mecœnas et benefactor examicus ingenuis. Sed hoc totum tuæ prudentiæ permitto. Alium etiam scripsi de Climate Brasiliæ, de quo iam alias ad te perscripsi, quem optabam R^{do} nostro Patri dedicari. hic iam est in Belgio, nescio quid illo actum. Bellum inter Hollandos & Anglos, nobis intercipit commercia. Curam illius dedi P^{ri} Francisco Fischer, qui Indiam petens huc appulerat. ex inde in Lusitaniam reuertens, et inde in Belgium curandæ valetudinis causa, rediit. Nunc debe tuæ fuisse, & de rebus tuis. Scio enim ingenium tuum semper foecundum & ferax, non posse otiari. Sed nos longe absumus, hinc ad nos partus tui ingenioli non perueniunt.

De rebus huius Prouinciæ Vertatis subdi iam intellexeris, non est quod ultra scribam. Molle est hoc Clima, neque satis Religioni fauens. hinc filij huius terræ non satis disciplinam et iugum domini recipiunt, vel ferunt. tametsi non desunt multi patres graues et exemplares. Nos qui ab Europa venimus assueti meliori tactu et strictatis genuino enutriti spiritu, multa patimur; quodque est tædijs deterendum, omnia in sinistram partem accipiunt, et si illis non consentias, non verentur falsa comminisci, et maculare nostram famam, ut displiceamus. ac siquidem id intra priuatos parietes accideret, fortasse æquius ferri posset. magna est licentia scribendi ad altiores Magistratus, Romam intelligo, qui quod absentes sunt, neque satis gentis huius genium perspectum habent, si non credunt omnibus quæ scribuntur, aliqua non dissimulant, de quibus nos admonent: quæ denum ad lucem expensa, deprehenduntur umbræ esse, ne dicam aliorum proni maculas, quibus nos maculatum cunt. ut dicere possimus quod filij matris nostræ pugnant contra nos.

Ego certe plerumque desiderio filio, qui penitentiam agunt, cum magna inquiete animæ meæ viuo in ista Prouincia. Video enim quod cum in mea posteem deosservire, euacare studijs meis inquiete, et socictatis manifesti aptum me reddere, hic sepelivi omnia, et pene ineptus ad omnia. Quique animarum causa huc appuli, nihil minus agi quam de hoc, Si coram videres mi Athanasi quæ tibi scribo, fortasse condoleres, et te tangeret mei commiseratio. facilius est reditus, quotannis enim Patres in Europam remittunt, ordinibus sacris initiandi. Non deest in Lusitania, vel in Italia Studium Mathematicum cui me superiores applicent. Sciro enim quod finis propter quem huc veni, cessat. ego a puero studijs istis me commendavi, et nunc amplius aliquid in hoc genere possim unde me deo et Societati obsequium praestiturum, si ad ea docenda et repetenda et experimentis meis applicer. tunc enim Religioni seruio

et quiete maiorique cum securitate meæ conscientiæ, et animæ tristes
hanc vitam decurro. Non possum tibi plura circa hanc rem scribere, quod
non satis chartæ fido. cæterum si interiora mea nosses, et statum animi
mei, optime frater amantissime non negligeres meam agere. cogita
enim quod inter salus mea vertis, ut hinc me expediam. Siquidem R.
Assistens Lusitaniæ præcepit me Lusitaniæ provinciæ adscribi, huic
me reddidit. ad legendam mathematicam, stad. componendum idiomate latino
societatis Lusitanæ historiam, quam P. Balthassar Telles lusitanè scripsit.
Interea, si quid tardius in contrarii, fiet. Inter barbaros enim degimus, per
otium excolam, ut provinciam nostram in meos humeros tam altam
molem deposuisse. Hic enim, taedia moriar, et otio vitam consumo, et
altero, nullo operæ pretio, annos, quos meliore fato alibi traderem.
Quod si R. Assistens Lusitaniæ non audit. fortasse Assistens Italiæ
pro sua provincia Venetâ, vel alibi, quemadmodum nobis PP. Itali retulerunt, [illegible]
quamquam quod iam Lusitanam linguam calles
et cum facilitate loquor, et concionor ad populum; mallem Lusitaniæ
me impendere. Ad te enim aspirare non ausim, quo dulce amico
et patre fruar. satis cedo certus, non satis æstimare meam fortunam.
Iam tuam annis es gravis, ego adhuc robustus, fortasse possem iniugo feren
do succollare, et animare tuos nobiles partus adiuvare, quod olim
[illegible] faciebam negligentius, vel negligebam, quod animus meus ad alia
aspiraret, nec satis sibi compos esset. Sumus iuvenes, neque statim
maturescimus. ætas iudicium acuit, et experientia. Arbitrio tuo, et
[illegible] me permitto, et responsum diu [illegible], paternum [illegible], super
his rebus. Opusculum meum quod ad te mitto, perlege. et si quid displicet corrige
[illegible] si quid non satis maturum, et si quid deest, vel minus perpolitum
ingenii et iudicii tui lima pro amicitia, perpoli. Neque enim res meæ
lucem habere sufficit nisi quam tu mihi communicas, qui vere es lux mundi
sit meum verbo. Iudicium ut petam quam [illegible] anhelaverim, cum semper
animus [illegible] meus dissimulanto. pater mi, sum quadragenario maior,
neque itineri ferendo suppar. accedit quod brachium quod [illegible] ingeniam
itinere delapsus, fregi, non satis loco suo [illegible] facto restitutus. ægrè fert
prolixa itinera, quæ sæpe in annum excurrunt. hinc autem in Euro
pam menstruum est iter. reliquum [illegible] vel mari lentiori pass[illegible]
igitur. Amici non desunt ad expensas et eleemosynas habet hoc gens
Lusitana peculiare, quod in religiosos pia est, et munifica,
propterea Deus illi benedicit et eam ditat. Ergo valde illi sum addictus.
Denique iterum tibi hanc rem commendo, precor quod me amas cum superiorib
transigas. qui confido in numine, expedies rebus non adeo difficiles.

[illegible] R. P. Pater noster. Ego enim huc veni praeter
imo contra suam voluntatem et dispositionem, [illegible]
de Magistris [illegible] inductus, ne dicam seductus, qui neglectis
certis decantis [illegible] [illegible], opera mea multo
tempore usus est, maxime in scribendis Epistolis, donec
postea turbae illae successerant. Et, nisi repugnassent huius
provinciae PP. qui [illegible] visitatorem oderant, me voluit secum
in Europam reducere, quod tibi [illegible] indicaret, me salis
[illegible] faciendis [illegible] in Europa eidem
servitium. Nam aliquid hic mathesis, [illegible] ut [illegible] conditur
satis credo tibi perspectum [illegible], quod si [illegible] aperirem
plane ita expedire esse, divinum fore meum reditum credere.

Cometae nuper [illegible] fuerunt Brasiliae, nam multa [illegible]
hominibus [illegible] pestis cui ingens fames et rerum penuria
successit. Sunt peccata nostra, quae tibi [illegible] exasperarunt.
[illegible] [illegible] contemplandis [illegible]. Videbis ea calculo
Trigonometrico, quo volui cum [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] fateor usus sum authoritate, ut [illegible] nobilitarem,
[illegible] ut ei authoritatem emendicarem. Instrumento autem
caelestium in dimetiendo usus sum satis feliciter. Interim doleo quod
[illegible] vel nunquam meridianum satis [illegible] explorare potui,
ut aliquid certi de eius distantia et parallaxi possemus statuere.
Serviet tamen curiositati nostrae diligentiae. Anno elapso 1685 cum solarem
Eclipsim observarem (fuit is dies 12 July, principium circiter tertio quadrante ad quintam vespertinam, cum occidit quasi digitis illi [illegible] de
plenitudine) experiri volens in eius umbra [illegible] corpore proiecta,
si [illegible] Lunae nodos haberet, quos tantopere [illegible] philosophi ex
multi astronomis, consideravimus limbum eius circularem,
qua parte lucidum solis [illegible], in obiecto pariete proiectum,
vidimusque clarissime et distinctissime, in illo circulo sed orbe
obscuro, prominentias et tuberas aliquo obscuro exorbitantia
[illegible] fides nostra suspecta esset, adfuit provincialis cum maiori
parte [illegible] stupentes tam insolitum, vel [illegible]
[illegible] phaenomenon. [illegible] vix credebant eos [illegible] qui
[illegible] tam excelsi, ut in tam limitato orbe distingui possent
vel fecerint. Fuit autem diameter orbis seu umbrae [illegible] spatii
[illegible] [illegible] plus minus. Nemo credo amplius de
montibus lunaribus ambiget. Alia Eclipsis me [illegible] Lunae totalis
die 6 Aug. A. 1684. cuius principium fuit [illegible] post septimam
vespertinam, inde colligunt Geometrae Longitudinem, seu differentiam
inter meridianos Romanum vel Venetum, et Bahiensem. Quod
sum miratus, quod hora cum dimidia duraverit in illa plenitudine seu [illegible]
[illegible] temporis [illegible], sive [illegible] abundantia. Oportuit esse centralem
ad propriam [illegible]